

diligentia, labore, industria maiore opus esse confitebor, quām cuīquam fortasse credibile videatur.

LIBRI SEXTI FINIS.

PETRI RAMI SCHOLĀ- RUM MATHEMATI- CARUM LIB. VII. IN PO- stulata & axiomata.



*I*ntra ratiōnālē postulatum & dignitas jam dicenda sunt: Postulatum est principium explicationis cuiusdam levioris indigens, quo concedi postulatur aliquid iūperīc, iūποεισοv, iūμίχαροv, οεχειροv facile, parabile, obvium, promptum: addit etiam Proclus postulatum esse geometricæ materiæ proprium, denique problemati proximū. Utrumque enim geometricam materiam tractat, sed αἴτημα est principium, & per se manifestum, problema est propositio, quæ alienæ fidei & lucis indiget. Nomen hoc mathematici variè usi sunt, ut de problemate & theoremate dictum est prius. Archimedes initio æquē ponderantium. Postulamus (inquit) æqua ponda-
ra, ab æquis longitudinib. æquē ponderare, quod axioma potius est, quām postu-
latū, totaque ista axiomatis & postulati differentia scholastica est. Quidquid enim
per se clarum est, sumitur in arte, non demonstratur. Appellare axioma vel αἴτημα
ad artis institutionē & usum nihil attinet: sed hac de re antea satis. Quinque autem
postulata posuerat Euclides, & Proclus totidem edisserit adhibita ipsa Euclidis li-
tera. Deducuntur autem postulata, ē definitionibus: primum & secundum ē defi-
nitione rectæ lineaæ.

P O S T U L A T A.

Postulatum esto.

- 1 Ab omni puncto in omne punctum rectam lineam ducere.
- 2 Et terminatam rectam in continuum & rectum produvere. Hoc utrumq; postu-
latū est ex ea linea definitione deductū, que lineam facit fluxū puncti, & quæ rectā
facit fluxam æquabilē non inflexum minimū. Infinitum igitur mathematicum in
lineis per hæc duo postulata declaratur, ut quamlibet longē describantur & produ-
cantur. Fabrica verò ducendæ & producendæ lineaæ licet mentis, attamen cum in
actū opusq; ipsum venit, regulam ducem & judicem habet. Hoc geometricæ primū
instrumentū est. Atq; ista regula rectas lineas & efficit & factas dijudicat. Ideoque
hæc duo postulata post linea & plani definitionē statuenda fuerunt. Illic enim co-
rū est ordo & locus: imò, ut dixi, origo, & institutio: & tamen utrumq; etiam vide-
tur ad alias linea species referri posse, quarū etiam & ducendarū & producendarū
instrumenta sua sunt. Unum verò postulatū ē duobus in geometria fecimus, quia
producere est etiam ducere. fuit verò, sicuti Martianus ait, ut arithmeticis, sic geo-
metris abacus hyalini pulveris resparsione coloratus, ne in multiplicationib. & par-
titionibus & podismis fallerentur, dc quo ζ ε ζ.
- 3 Et omnis